



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

24 Paenitens confessario suo docto credens, a culpa, & paena excusatur, licet ipse erraret.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO XVI.

**16** Confessarius nautarum, & rectorum periclitantium in nauī confessiones audiens, priusquam perficiant confessiones, aut saltem antequam omnia peccata mortalia sibi tunc occurrentia confiteantur, eos absolueri nō potest, vt alios etiam periclitantes audiat; eo quod cōfessarius iudex est ex Concil. Trid. sess. 14. c. 6. & iudex de rebus quas ignorat, ferre non debet sententiam: l. de qua te. ff. de iud. confessio vero quæ integra nō est omnium peccatorum quæ memoriæ occurrunt, non est legitima, cap. omnis, de penit. & remiss. cum confessio integra, vna sit trium partium integralium Sacramenti penitentiæ, sine quibus illud subsistere nequit.

## DECISIO XVII.

*Ex consil. 1. alias 27.*

**17** Confessarius cum possit impedire tenetur ne peccatum sibi confessum iterum committatur, sine reuocatione tamen personarum confitentium.

## DECISIO XVIII.

*Ex consil. 12. alias 12. de priuileg.*

**18** Episcopus qui per Iubilæum requirentem vt eligatur confessor approbatus, etiam confessarium approbatum, etiam confessarium approbatum, vt Iubilæum cōsequatur, eligere debet, esto iure communi possit quicumque prouidum, & discretum eligere; c. si. de pen. & remiss. cum forma Iubilæi seruati debeat, ca. cum dilecta. de rescript. Confessarius autem approbatus, & electus virtute Iubilæi, in foro conscientiæ ab excommunicationibus incurfis propter ea quæ continentur in Moribus Pij V. de confidentia, & Gregorij XIII. de conuentione, & alijs rebus, quæ pro gratia, vel iustitia a Papa habenda feruntur, absolueri potest.

## DECISIO XIX.

*Ex consil. 13. alias 28.*

**19** Penitentiarius Maior occulto presbytericidæ penitentiam publicam imponere nequit, nec filijs eius inhabilitatem ad beneficia ecclesiastica.

## DECISIO XX.

*Ex consil. 14. alias 21.*

**20** Medicantes Romæ comorantes, vbi a Papa eius Vicario nulli sunt casus episcopales, aut eis, aut alijs reuerenti absolueri non possunt extraneam venientem ad ipsos, a casibus Episcopalibus, qui de iure episcopis referuntur, ac quos extra illos ordinarius penitentiæ sibi referunt. Cum enim medicantes presentati, ex indulto Cle. Dudum. de sepult. a peccatis referuntur Episcopo, cui sunt presentati, absolueri nequeant, nisi in id ab eo facultas fiat, multo minus a peccatis extero episcopo referuntur, absolueri valent; Habentes tamen casus Episcopales episcoporum, quibus presentantur, etiam a casibus episcopalibus alijs episcopis referuntur, absolueri possunt, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 263.

## DECISIO XXI.

*Ex consil. 15. alias 23.*

**21** Existens in articulo mortis a quocunque Sacerdote, a peccatis, & a cœsuris, etiam referuntur absolui potest, vt patet ex Concil. Trid. sess. 14. ca. 7. etiam si presens esset superior, vel proprius sacerdos: cum in articulo mortis nulla sit reseruatio; Consultus tamen faceret, qui presente suo parochio, vel superiore, ab eo potius, quam ab alijs se absolui faceret, vt ait Nau. in Man. c. 26. nu. 16. & c. 27. nu. 272.

## DECISIO XXII.

**22** Canonici interdicti tanquam vnus de Capitulo, ab hæredibus, vel cognatis, vel amicis in loco sacro sepeliri potest; cum talis non sit nominatim interdictus. Quis enim interdicto capitulo, singuli de capitulo in-

terdicti sint, cap. Romana, §. vniuersitatem de sentent. excommunicat. in 6. & interdicto populo singuli de populo interdicti censentur, & singuli de clero, interdicto clero, cap. si sententia. tit. eod. & licet tamen aliud sit capitulum & aliud singuli de capitulo, cap. Fante. de rescript. & qui non est nominatim interdictus, aut denunciatus in loco sacro sepeliri potest, clement. 1. de sepult. & ibi gl. nec quisquam vitare tenetur excommunicatos, aut interdictos nisi denunciati fuerint, vt habetur ex Extrauag. Ad euitanda, Martini V. c. si capitulum pro interdicto denunciatum sit, singuli tamen de capitulo denunciati, aut nominatim interdicti non censentur.

## DECISIO XXIII.

*Ex consil. 16. alias 40.*

**23** Amnato ad mortem adhuc ieiuno post latam, & intimatam sententiæ Sacramentum Eucharistiæ ministrare licet eodem mane, quod occidendus est, ante tres, vel quatuor horas, immo & ante vnā; secus tamen si iā pransus, vel non ieiunus sit, c. Quæritum. 13. q. 2. & gl. ibi. Quamuis enim infirmus, de quo dubitatur, an in crastinum victurus sit, post cibum sumptum etiam vesperi communicare potest, cap. sanè. de celebr. Miss. cap. Quod in te. de pen. & remiss. & ait S. Thom. 4. d. 9. & 12. ex eo quod semper se moriturum breui præuidere non potest; Dam-natus tamen ad mortem, si ieiunus non fuerit, nulla ratione communicare potest, quia se damnandum ad mortem præuidere poterat, idque sibi sua culpa euenturum, & proinde ad damnationem subeundam paratus manere potuit.

## DECISIO XXIV.

*Ex consil. 7. [alias] 2.*

*18. deest in Nouis.*

**24** Scrupulosus iuxta iudicium suum iudicans se esse excommunicatum confessario suo docto, & probo credere tenetur, & se illius iudicio subijcere, & dictis, & responsis eius credens a pœna, & culpa excusatur, etiam si confessarius erraret, & penitens vere excommunicatus esset prout ipse iudicat, & probabiliter in posterum se non esse excommunicatum iudicare, & conscientiam suam tranquillare debet, subijciendo se humiliter iudicio confessarij sui tam in ijs quæ facti, quam quæ iuris sunt; & eius consilio non acquiescens, sed aliorum adhuc consilium querens venialiter peccat, vnde & sic excommunicatus per contritionem generalibus suffragijs Ecclesiæ gaudet, vt sentit Nau. in Man. c. 27. nu. 17. & 18. & saluus erit, si moriatur.

## DECISIO XXV.

*Ex consil. 19. alias 13. de priuileg.*

**25** Regulares, ex facultate concessa instar Iubilæi omnibus Christi filijs eligendi idoneos presbyteros seculares, vel cuiusvis ordinis regulares ab ordinario approbatos, quibus peccata sua confiteantur virtute illius facultatis etiam Sacerdotibus secularibus confiteri possunt. Cum enim concessio illa sit generalis cōfidenti secularibus, vel regularibus approbatus generaliter intelligenda est; c. Solite §. si. de rato. & obed. maxime quando cōfessio est favorabilis, & nemini saltem notabiliter præiudicialis, & etiam iuri antiquo conformis: vnde cum quilibet Christianus secundum iura antiqua cuilibet Sacerdoti confiteri poterat, arg. §. ecce. 16. q. 1. & patet ex Concil. Trid. sess. 14. c. 15. de res. & lex, per quam reditur ad ius antiquum, favorabilis, & amplianda sit, & vtile est, vt regulares, aliquando alijs confiteantur, quam confessarijs suis ordinarijs; vt habetur per Cōcil. Trid. sess. 25. c. 10. de reg. etiam regularis, Sacerdoti seculari ab ordinato approbato confiteri potest; præsertim cū eadem ratio suadet, vt nō minus ad seculares approbatos, quam ad regulares similiter approbatos extendatur; Quandoquidē vtrique sunt idonei Sacerdotes, vtrique approbati, & clausula hæc vtroque ratione approbationis parificat. Et quamuis